

### DE AGRICULTURA (PRIMO TEMPO)

Agricolae parvus sed fecundus ager erat. In agro multae et demissae et procerae plantae virebant, impigli agricolae gloria: nam parvis filiis amicisque dominus plantas saepe monstrabat et cuncti agricolam laudabant. Dicebat interdum agricola filiis: "Agellum, praesidium nostrum contra inopiam, semper bene colite, quia nos satis nutrit atque frigidam umbram praebet et bonas herbas suppeditat".

### DE AGRICULTURA (SECONDO TEMPO)

Agricolae amici bene cultum frugiferumque praedium conspiciebant et exclamabant: "Agellus tuus verum gaudium oculis nostris praebet: deliciarum plenus, magnae diligentiae documentum est". Forte quondam Aesopus, clarus Graecorum poeta, agrum videt atque ibi consistit. Populum advocat atque docet: "Viri ut plantae sunt: si plantae frugiferae, agricolae industriae et boni sunt; si plantae infecundae, agricolae ignavi et otiosi. Agriculturam amate, cari incolae, quod diligentiae et parsimoniae magistra est".

(da Fedro)

### traduzione

Il campo del contadino era piccolo ma fertile. Nel campo molte piante sia alte che basse verdeggiano, per la gloria (compl. di fine, abl. semplice) del solerte contadino: infatti il padrone spesso mostrava le piante ai figlioletti e agli amici e tutti lo (*agricolam*) lodavano. Diceva talvolta il contadino ai figli: "Coltivate sempre bene il campicello, nostra difesa contro la povertà, sia perché ci nutre a sufficienza, sia perché ci offre una fresca ombra, sia perché ci procura le buone verdure.

Gli amici ammiravano il fondo ben coltivato e fecondo del contadino e esclamavano: "Il tuo campicello offre una vera gioia agli occhi nostri: è pieno di delizie e documento di grande diligenza. Per caso una volta Esopo, poeta famoso tra i Greci, vede il campo e qua si ferma. Chiama il popolo e insegna: "Gli uomini sono come le piante: se le piante sono feconde, i contadini sono attivi e valenti; se le piante non sono feconde, i contadini sono pigri e sfaccendati. Amate l'agricoltura, cari cittadini, perché è maestra di diligenza e di parsimonia".